



CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto maximo martyre. Cap[itulum]. cxxviiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse septēbris occurrētibus. Fo. cccxxvij.

illuminatur: et facto terremoto aperitur: cuius
criq; captiui solutis vinculis liberantur. Eadē
q; nocte sps crucifixus regi dacie apparuit: et
dixit: q; peccata eius ipm iterato crucifixe-
rant: et q; nisi ecclesiā sancto martyri vincello
conderet peccatorum veniam minime perciperet:
vnde ex hoc rex territus: ecclesiam cum mo-
nasterio ordinis sancti benedicti sancto marty-
ri fabricauit: et bonis suis largitus dorauit:
vbi et sanctorum corpus eius requiescit miraculis
clarens. Passus est aut. iij. kalē. octobris.

De sancto maximo martyre. Cap. cxxvij.



Maximus

martyr passus est sub Decio cesare optimo autem pconsule apud asiam ciuitatem: quam ingressus de eius maximo detentum: dū ad sacrificia deorū cōpellere non posset. Iussit eum fustibus cedi: deinde in equiteo leuatum grauer exungulari. Ira vt carnes vna cū sanguine in terram defluerent. Tunc martyr do-
mū diceret tormenta sibi non dolorem: sed vni-
tionem inferre. Iussu pconsulis mandante decio extra ciuitatem eductus: ibiq; lapidibus obrutus occubuit. iij. kalen. octobris. Sepul-
tuus est a xpianis iuxta murū ciuitatis memo-
ria nois eius a fidelibus desuper edificata.

De sancto exuperatio epō. Cap. cxxviii.



Exuperatio

episcopus claruit apud tolosanam ciuitatem. Qui beatus vir ipius vrbis pontifex: quantum sibi extiterit parcus quantumq; al-
is largus sanctus hieronymus memorabilis profectus est re-
latu. Qui dominus cōfessor in clytus quarto kalen. octobris. in xpo feliciter requieuit: sepultus in ecclesia tolosana: vt ait
ado in martylogio.

De dedicatione basilice sancti michaelis archangeli. Cap. cxxix.



Dedicatio ba

silice sancti michaelis archangeli dupli-
citer nominatur: scz dedicatio basilice: et
memoria ipsius. Dicitur autē dedicatio
eo q; hac die locū eius templum in mon-
tē gargano sibi dedicatū fuisse. michael. archan-

gelus reuelauit. Cum enim vt dictum est supra
in eius apparitione octauo idus maij: sanctus
archangelus michael in monte gargano: spon-
tū fidelibus contra neapolitanos adhuc gē-
tilis victoriam miraculose contulisset. Spon-
tū quoq; ante os spelunce: vbi archangelus:
apparuerat: quorūdie orationibus vacarent: sū-
pontini adhuc dubitabāt: an predictum locum
ingredi vel dedicare deberent. Tūc episcopus
dixit super his romanum pontificem consulen-
dum: qui super hoc requirendam decreuit ar-
changelū voluntatem. Instantibus ergo cūctis
triduo ieiunio apparuit in hac die michael ar-
changelus episcopo: dicens nō esse opus ipam
quam edificauerat ecclesiam dedicari. Ipe em
qui condiderat: ipse et cōsecrauerat: precepitq;
vt die sequenti locum cum populo ingrediens
ipsum precibus frequentaret et specialem suū
patronum sentiret: deditq; eis predictę conse-
crationis signum: vt scilicet ab oriente per po-
sterulam ascenderent: et ibidem marmorū vesti-
gia hominis impressa viderent. Vane igit ep-
scopus et populus ad locū veniunt et introgres-
si cryppam magnam: et tria altaria inuenerunt:
quorum duo in australi parte posita erant tert-
ium nō in orientali venerandum: et rubeo pallio
circumtectum: vbi celebratis missarum solen-
nijs: vestigia: vt archangelus p̄dixerat inuen-
erunt: et omnes ad propria cum gaudio redierūt.
In eadem spelunca aqua lucida et nimium dul-
cis emanat: que post communionem sumpta di-
uersas egritudines sanat. His auditis papa in
honorem sancti michaelis et omnium beatorū
spirituum hunc diem: videlicet tertio kal. octo-
bris per totum orbem statuit celebrandū. Dicitur
etiam hoc festum memoria: eo q; in ipso:
vt dictum est omnium angelorum memoria ag-
mus. Circa quod sciendum est: q; sicut dionysius
pontifex in libro de celesti hierarchia. Omniū
angelorū sunt tres hierarchie: et nouē ordines:
ita q; quelibet hierarchia tres ordines conti-
net: et dicitur a hieron: quod est sacru: et archos
princeps: quasi sacri principatus. Superior au-
tem hierarchia continet seraphin: cherubin: et
thronos. Media dominationes: virtutes: et po-
testates. Ultima nō principatus: archangelos:
et angelos. Eorū autē ordinatio et dispositio po-
test videri per simile in terrenis. Nam ministro-
rum qui sunt sub vno rege: quidam operantur
immediate circa personam regis: sicut consilia-
rii et assessores et cubicularii: q; similes sunt pri-
me hierarchie. Quidā circa regimen regni in
cōi: vt principes milites et iudices: et hi sunt si-
miles secunde. Quidam autem operantur circa
regimen alicuius partis regni: sicut prepositi
et basuli: ac presides: et hi sunt similes tertie.
Tres igitur ordines prime hierarchie acci-
piuntur: in quantum deo assistunt. Ad hoc autē
tria necessaria sunt: scilicet summa dilectio: et